



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

Kinckius, Matthias

Coloniæ, 1662

In ipso Missæ actu quid præstandum,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46628)

**ex obligatione vel obedientia : Sinistro
omnes qui sunt in peccato mortali.**

**Quintò, Cruci, omnes Religiones à
sede Apostolica approbata.**

**Sextò, Flagellis sputis & alapis omnes
Gentiles & Hæreticos , qui flagellant
Christum.**

**Septimò, Siti quam passus est impi-
mis se ipsum : deinde illos qui sitiunt &
desiderant, ut Deum pro ipsis oret.**

**Octavò, Agoniae & tristitiae quas pas-
sus est in Horro, omnes personas in tri-
bulatione constitutas , & calamitates
tam publicas, quam privatas.**

**Nondò, Morti Salvatoris, omnes de-
functorum fidelium Animas.**

In ipso Missa actu quid praestandum.

**VI. Ipso Missæ tempore ad laborabit
sacerdos. Primò, Quantum poterit ex
iis quæ profert, aliquid profectus spiri-
tualis haurire, atque vocem divinarum
inspirationum audire, quandocumque
illas percepit. Secundò, in Memento
non multum inhærebit recordationi
diversarum rerum, sed cùm easante Mis-
sam Deo obrulerit, nunc omnes in unum
colli-**

colligens , eas Deo majori quo poterit affectu offerat. Tertiò consecrationis tempore persuasum habens , se jam ali- um esse à scipso, Christum videlicet, in cuius persona sibi consecrandum est: Deum precabitur , ut suscipiat sacrificium unici Filii sui in ablutionem omni- um peccatorum & odorem suavitatis, non secus ac si modo moreretur. Quartò communionis tempore primo adiutatur communicare cum profunda reverentia scipsum verè indignissimum tanto Sa- cramento persuasum habens, utpote cu- jus anima sit quasi spelunca , & cloaca spurcissima , & animalium venenato- rum habitaculum, quantum est ex se, & seclusa gratia Dei misericordis. Deinde magno amoris æstu in Christum trans- formari suspirabit, similisque illi fieri in sanctitate & virtutibus optabit.

Post Missam quid agendum.

VII. post Missam vero, primò de ne- gligentiis in celebratione admissis ve- niā perat. Secundò, Deo pro accepto beneficio gratias agat , quod nimirum facultatem largitus sit renovandi me- mo-